



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Expedita Juris Divini, Natvralis, Et Ecclesiastici Moralis
Expositio**

Tamburini, Tommaso

Coloniæ Agrippinæ, 1665

Secunda Clausula. Supplicantium narratio. paragrapho 2.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40132

55
sio in hoc easū non detur Vicario Episcopi, sed Vicario, Cuiuscunque, qui sit Patermoritana Diocesis & tamen hæc doctrina cum sit raræ praxis, aliis discutiendum relinquo.

*Quid faciet Vicarius, seu Executor, si erravit
in exequendo.*

*An Vicarius hanc potestatem sibi delegatam
possit alteri committere?*

- 16. *Dubitatio sexta.* An Vicarius, & qui-
enque Delegatus ad has dispensationes ex-
pedientias possit vices suas alteri committre?
quod est, quare, an possit eas alteri sub-
delegare?

^{16.} Antequam respondeam, scito, duo hic considerari posse. Alterum est examen, & verificatio causæ, ob quam erit dispensatio concedenda, qualis est recipio v. gr. Testium. Alterum est ipsa actualis dispensatio: & hoc dicitur importare nudum ministerium, id est ipsius Executoris operationem, illud dicitur importare usum Jurisdictionis.

17. Hoc posito, Respondeo, Examen,
& verificationem causæ posse alteri commit-
ti, sed nullo modo nudum ministerium. Ita
a Sanc. I. Sanc. & cum aliis. Ratio est, quia Pontifex
8. matr. d. committit Delegato, ut ipse dispense, & non
27.n.43. aliter: quod est nudum exercere ministerio
& com-
muniter, non præsumitur idem Pontifex committere
Merolla ipsi uni Delegato, sed committere juxta con-
stit. dis. 4 luetudinem Tribunalium, qua per alios in-
e. 6. n. 619 struuntur informationes, recipiuntur Te-
lege etiam stes, &c. Ex quibus deinde soleat Delegatus
eundem T. caulam instructam bene recognoscere. &
3. d. 7. c. 4. suum dispensandi ministerium tandem exhib-
ere. an. 172.

**Espano
antean.
57.** 18. Hinc si Testes recipiendi sint extra propriae Dicēssim, poterit, & debet Executor literas rogatorias scribere, quibus Ordinariū illius alienā Dicēssis roget, ut Testes recipiat, informationesque transmittat ad ipsum Executorem. Et quia hos Testes, in hac causa, non auctoritate sua ordinaria recipit, ideo debet servare formam sibi prescriptam ab Executore prædicto, ad quod certe in aliis causis non tenetur, cum poslit se-

b Barb. in cundum proprias consuetudines p
Voto deci- cedere, Lege id latius apud
sivo 17. n. Barbosam. b

b Barb. in cundum proprias consuetudines pro-
Voto deci- cedere, Lege id latius apud
fivo 17. n. Barbosam. b

19. Dubitatio septima. Post negatam, vel concessam dispensationem, siclare apparat ab Executore erratum fuisse, quid faciendum?

20. Respondeo. Quia commune est omni-^c Gua-
nibus Delegatis, ut postquam Delegatus *i. 2.* Con-
functus est munere suo; nihil amplius possit *i. 1.* ma-
deo ejusmodi Executor sanare non potest *i. 2.* con-
tereo: quare tanquam Delegatus nihil po-
terit.

22. Verum, quia is Executor solet esse, ut diximus, Vicarius, atque adeo Ordinarius, ipsi tanquam Ordinario incumbet, providere, in quantum potest, ne delicta committantur. Quare, si erratum fuit in concedenda dispensatione, ipse, ut Ordinarius, debebit Sponsos inhibere, ne procedant ad Matrimonium, vel, si jam ad illud processum fuerit, debebit eos separare, ne sint in peccato, donec iterum legitime a Pontifice concedatur dispensatio. At vero, si negavit: tunc enim vero nihil potest, quia, ut Delegatus functus est, sicuti diximus, munere suo: ut Ordinarius autem non haberet auctoritatem exequendi dispensationem per errorem Sponsis negatae, quia haec auctoritas illi, ut Ordinario à Pontifice tradita nunquam fuit. In hoc ergo casu, iteram Romam ad Pontificem, narrato errore, condicione fugiendum erit, ut notant Sanchez, & aliquie. Si dispensatio fuit concessa per Poenitentiam pro foto conscientia, poterit aliquando a Confessorio sanari error eo modo, quo de paullo e post dicam.

**Quid autem faciendum, si de ejusmodi, Prim. 2.8.
errore non constet, sed solum dubitetur, f. 205. aliq.
alibi satis explicui.**

6. II.

*In secunda clausula refertur supplicantium
narratio.*

Hic Pontifex narrat id, quod sibi à suppli- *Dilecti-*
cantibus propositum fuit. Quoniam er- & *V. ma-*
go ea, quæ si cum veritate exponere debent, Vide m̄
superius sunt indicata, immorandum in hac *Sanc. 13.*
clausula nobis non est. *matr. 1.*